

## C A P U T II.

## De studio Cultus Divini.

**§2 Q.** 1. In quo consistat studium cultus Divini? R. consistere in actibus tū externis, tum internis. Interni sunt adoratio spiritualis, oratio, & omnes pii affectus. Externi sunt adoratio corporis gestibus exhibita, psalmodia, sacrificia, oblationes, & consumiles, quibus titus sacri constituuntur.

**§3 Q. 2.** Que media ad internos actus facilie elicendos? R. plurimum in finem hunc conferet crebra librorum asceticorum lectio. 2. Attenta meditatio eorum, quæ lecta sunt. 3. Sincera aestimatio Majestatis Divinæ, utl & sanctitatis, ac miserationis, & meritorum Christi. 4. Consideratio vitæ B. V. aliorumque sanctorum DEI amicorum, à qua pro illis actibus norma desumitur. Quæ media non modò faciunt, ut Pastor internè bene sit affectus, sed etiam ad externas actiones ad amissim exemplariter instituendas perfacile moveatur.

**§4 Q. 3.** Quid specialiter agendum diebus sacerdis? R. Incumbit Parocco primò dies hos præviè accuratè promulgare, nè forte negligentia in promulgando sit violationis occasio. 2. Diligenter attendere, nè servili labore apud subditos transfigantur. 3. Si necessitas laborem exigat non concedere laborandi licentiam generalem, sed pro hoc casu tantum, nè vigorem observationis suâ indulgentiâ remittat, in c  
nom suavitas  
benda, mon  
+ Ibi du  
ad benignitat  
pendere, ut  
ex autoritate  
trio, §. U  
servatio proco  
pulo incultur  
runt DEO  
mero, de  
pro diebus  
nè vel min  
bus diebus  
nibus suis,  
cuius pietatis  
minorem ali  
7. Impedit  
potationes in  
multus, co  
tiones &c.),  
ejus, 2.R  
lum vehar su  
Q. 5. Q  
tempis? R.  
& audore cura  
filium collata  
oribus gatu  
prolata, tum  
& facili legib  
ipso Divinitu

remitat; in correctione tamen ob violationem suavitas potius, quam asperitas adhibenda, monendo potius, quam minando.

4. Ubi dubia est necessitas, in indulgendo ad benignitatem magis, quam rigorem propendere, ut laborans tali die id potius agat ex autoritate legitima, quam proprio arbitrio. 5. Ut facilius dierum sacrotum observatio procuretur, saepe pro concione populo inculcare, quam æquum sit, ne afferatur DEO ullus ex paucorum dierum numero, neve laborando benedictio Divina pro diebus reliquis impediatur. 6. Studere, ne vel minus accurate Divina mysteria talibus diebus obeundo, vel magis distractonibus suis, ludo, convivijs &c. quam exercitijs pietatis in templo, & extra vacando minorem estimationem observationis pariat.

7. Impedire, quantum fas est, nimias compositiones in tabernis, choreas, saltus, tumultus, ebrietates, rixas, nocturnas grassationes &c. Currus si oportet, & aurigæ ejus. 2. Reg. 2. v. 12. Currus, qui ad colum vehat subditos, auriga, qui exemplo ducat:

Q. 5. Quid specialiter servandum circa templum? R. incumbit primò omni studio, & ardore curare, ut ibi locorum quam religiosissime colatur DEUS. 2. Impedire inibi otiosam garrulitatem, colloquia, & negotia profana, tumultus, jocos, ac alia indecora, & sacræ legibus vetita. 3. Specialiter sub ipsis Divinis in ministris templi, chori, & sacri,

sacrificiæ procurare silentiosam , & compoſitam modestiam , ut horum pietate populus reliquus ad pietatem , DEIque venerationem excitetur . 4. Invigilate , ne extra Divina hi ipsi habitum irreverentia contrahant v. g. co-operto capite passim per templum obambulando , liberiū clamitando , profana quædam , & pro templo minùs necessaria exercendo , eo ferè modo , quem domi suæ adhibere solent . 5. Extetiorem cultum seu in vestitu , seu vultu , seu gestibus præferset , qui intuentes ad venerationem inflammet . 6. Diligere decorem , & munditiam DEI Domus , nè videlicet muri , & altaria non tantùm ornatu finantur vacua , sed vel maximè pulvribus , arcaneis , pavimentum sordibus identidem , & sàpe liberentur ; præsertim verò curare , ut sacra vestimenta constanter munda fint , sarta , & quantum fieri potest , nitida , atque decora ; quod longè amplius de Corporalibus , Purificatorijs , & vasis sacris venit intelligendum . 7. Prætermunditie , & decentiam procurare exactum , & constantem ordinem .

## C A P U T III.

## De fuga avaritiæ.

**56** Q. 1. In quo post religionis exempla Pastor subditis prælucere debeat ? 2. palam faciendo se procul esse ab omni avaritia juxta supremi Pastoris monitum . Luc. 12. v. 15. videre ,